UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 46. Dissidia de sussessione in Hungariæ, & Bohemiæ Regna

urn:nbn:de:hbz:466:1-66507

Visual Library

Sæcul. XV. A.C. 1457.

brevi diſparuit ſupremæ Majeſtatis ſplendor; Rex enim non modo Ducem, & utrumque Comitem inſequi, ac denique ſeſe a tribus hiſce Patriæ hoſtibus liberare neglexit, ſed inſuper perinde, acſi illis aula expulſis jam jam ſibi, regnoque ſuo plene conſuluiſſet, in priſtinam incidit vecordiam, a qua illum nec ſevera Reginæ conſilia, nec amica Miniſtrorum monita unquam retrahere poterant.

§. XLVI.

Diſſidia de ſucceſſione in Hungariæ & Bohemiæ regna.

Naucler. vol. 3. gener. 49. p. 481.

Cum Juvenis Ladislaus Hungariæ, atque Bohemiæ Rex vita functus eſſet, utrumque hoc Regnum plurimorum contendentium ambitionem ſtimulabat. De Auſtria diu diſceptatum eſt inter Fridericum Imperatorem, & Albertum IV. fratrem ejus, cognomento *bonum*, & Sigismundum Tyrolenſium Comitem horum Patruelem. Aſt cum Sigismundus jure ſuo aut vero aut præſumpto facile cederet, ceteri duo aliquamdiu inter ſe dimicabant, donec tandem, poſt varias fortunæ viciſſitudines, quarum præcipuas impræſentiarum delibabimus, lis compoſita eſſet, concordiæ legibus inter eos Friburgi ſancitis.

§. XLVII.